

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Vaticinia,|| Siue|| Prophetiæ|| Abbatis|| Ioachimi,|| &||  
Anselmi Episcopi|| Marsicani,||**

**Joachim <von Fiore>**

**Venetiis, 1589**

Vaticinivm IIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-248994](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248994)

ADNOTATIONES

colubrum proximè aram. Similiter errant, qui putant hanc columnam nunc æream, olim inauratam, spoliatam auro fuisse à Turcis: cum multis sæculis ante Turcos aurum detractum fuerit, vt liquet ex Pausania. Commune (inquit) Græcorum de Plateensi prelio donum, aureus tripas sustentatus æreo dracone, æsque Pausaniæ ætate mansit ex eo donatio integrum, auri quod fuit, Duces Phocensium amouerunt. Hucusque Gyllius. Nos suum vniciuique iudicium relinquemus, pro cōstanti oīa Ioachimi esse dicētes, & vana somniare qui aliter cēseāt, siue Græci, siue Latini homines.

VATICINIUM I.

EX satis vetusto exemplari manuscripto huiusmodi imaginem habuimus, quæ etsi differat ab impressione Germanica, nos id ratione vetustatis mutauimus: cum præsertim illud manuscriptum non tantum in imaginibus: verum etiam in Vaticinijs emendatissimum fuerit.

VATICINIUM III.

RVbum hîc expressimus ex imagine aurea tessellata in D. Marci templo hîc Venetijs, quod nobis ex libello Illustrissimus Vir ostendit: causas nunc reticemus, quas in medium afferre possēmus, cur non amplius, & illa, & complures aliæ imagines non videantur, quæ non tantum Ioachimi cœlestem, diuināq; prædicendi vim testatam faciebant: sed etiam plurimarū rerum futurarū casus clarissimè indicabant. Aliàs dabitur fortasse de his differendi locus.

VATICINIUM VI.

IN his vaticinijs ordo à quarto vsque ad septimum est admodum perturbatus in omnibus exemplaribus,  
nos